



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De superstitione, & similibus, §. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

diei una hora ordinatur ad aliã,
constantque omnes unum divi-
num officium.

13 Sed quid de volente omit-
tere? Respondeo, qui vult per
unicum actum omittere offi-
cium unius diei; unum numero
peccatum committit: & item
qui vult per unicum similem a-
ctum omittere officium v. g. u-
nius anni; unum item numero
peccatum facit, satisque fatebi-
tur si dicat, volui omittere offi-
cium unius anni; non autem
satis est dicere, Volui omittere
officium; quia sic Sacerdos in-
telligeret officium unius diei, ut
supra in simili dictum est cap. 1.
§. 9.

§. 5.

De Superstitione, & similibus.

14 **S**uperstitio, quantum
facit ad nos, duplex
est.

est, & alia, in qua est pactum expressum cum dæmone, alia; in qua tacitum; Atque utriusque varix sunt species; quas hic trãscribere esset profecto superfluum. Illud enim nobis non ignorare sufficit, omnes eas species, quamvis materia, in qua exercentur specie differant; tamen non eo ipso differre in ratione morali, & in ordine ad Confessionem. b

15 Puto igitur solum esse aperiendum in Confessione, an fuerit pactum explicitum, an implicitum dumtaxat, & quale implicitum solet esse in Astrologia judiciaria de eventibus liberis, in Chiromantia, & in Auguriis, quando juxta suas regulas & ad mortale pertingunt. Ratio est, quia cætera materia liter se habent; adesse vero pactum expressum, tacitumve, licet tantum afferat discrimen expliciti ab implicito, incompleti

a Sane. l. 2
in dec. c. 38
n. 12.

b Sanc. ib.
num. 14.
c Ib. Vid.
& Suar.

to. 1. de rel.
l. 2. de sus
perstit. c. 9
§. 10.
d Vide
Martin.
Delriol. 4
d. Mag. c.
3. q. 1.
Valent.
to. 3. d. 6.
q. 2 p. §.
Iol. l. 4.
c. 150

l aliã,
divi.
omit.
lt per
offi.
imero
item
em a.
. g. u.
umero
atebi.
e offi.
autem
mittere
los in-
dici, ut
cap. 1.
ibus.
antum
duplex
est,

*Utenet
Suar. ib.*

pleti à completo, unde ex hoc non videatur primo aspectu propriè differentiam specificam inferri? e tamen quia pactum explicitum addit promissionem factam dæmoni, & commercium actuale cum illo, id quod non invenitur in implicito; ideo verè insertur differentia essentialis, atque adeo, quæ sit in Confessione patefacienda. Cæterum an superstitio, vel divinatio, vel quid simile sit per somnia, per carmina, per imagines, per aves, per aquam, per stellas: non est necessariò Sacerdoti declarandum: quia, ut dictum est, hæc se habent materialiter.

16 Eodem modo, si eadem superstitio, vel veneficium, vel simile, addat aliud peccatum, quod, non nisi vel declaratione materiæ; vel ex alia circumstantia explicari possit: erit utique necessariò talis materia, vel circumstantia exprimenda. Vel

miscuit

miscuisti Sacra profanis: erit etiam peccatum contra cultum debitum rebus sacris, si per maleficium, intendisti mortem vel rem alicujus, erit homicidium, vel furtum; si præter commercium adorasti dæmonem, erit Idololatria; & sic de similibus, ut ex se patet f

f Lege in simili Sanchez l. 2. in dec. c. 38 n. 66.

C A P V T. III.

Circa secundum Decalogi præceptum.

§. 1.

De Blasphemia.

17 **Q**uamvis probabilius, sit Blasphemias contra Deum, contra beatissimam Virginem, & contra Sanctos differre specie; tamen cum probabile sit non differre, satis erit

a Sua. t. 1. de rel. tr. 3 l. 1. c. 6. n. 18. & 19. Sanc. in dec. l. 2. c. 31. n. 39.

H. li